



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

51. Pechinum sedes Regia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

contigit. Salutarum hinc suis credidit gestatione ad ripam fluminis portandum, vbi eum expectans Proregis famulus celeritate summa nocturni diurnique remigij suis denique sociis illum iunxit.

Menses ferme duos cum dimidio id iter Nanciano Pechinum tenuit, nec ante pridie natalis Deiparæ in conspectum venere ciuitatis; & lentam hanc navigationem, æstus caniculæ fecere propè intolerabilem, etsi enim liburna vehabantur quam Barcaballum Riccius ex insensu vocabulo explicat, ob celeritatem eius nauigij, sed onerariis lentisque nauibus fœderatam, nefas erat relictas præcedere, hinc malignitæ caloris immodici, multi agrotarunt; Riccij vnus sani ac valentis prolixæ caritas, sedulitate, industria, & quibus poterat, ac norat remedia omnes restituit; nec eo minus accuratè perrexit cum ad vrbes singulas applicaret, quibus annis ille prætenditur, gradus earum sub polo metiri. Tiencinum denique appulit urbem egregiè munitam, ad quam procul Pechino annis nauibus portum facit, sed cum ducto inde in urbem algeo ferri non liceat nisi nauigijs in Regis obsequia deputatis, terra viæ reliquum exegit, quæ innumerabili mercium & annonæ transportatione stipabatur.

51.  
Pechinum  
sedes Regia.

Pechinum Sinarum Metropolim, toto orbe famosam, Imperatoris sedem, otiosius lustrabo, cum post biennium in eam Riccius mēducat, futurus eius perpetuus incola; nunc hospes magis propè fortuitus & mensis vnus, quàm aduena: quanquam id ex breui hospitio lucri fecit vt illuc postea inuitatus rediret, tunc verò tertiam Christi operariis stationem in Nanchinensī regia fundaret. Riccium lente nauigantem Guanus Mandarinus terra præcesserat, iamque aduertens se nimium blanda honorum expectatione fuisse delusum; verum, vt erat ingentis animi, ab suis promissoribus desertus, Riccium haudquaquam deseruit, recepit comiter salutantem, & suo palatio hospitem, & quod erat necesse vt per aliquem Eunuchorum qui magno eius aulae probro in ea dominantur, innotesceret Regi saltem eius nomen, tantum egit vt talem ei reperiret: at vilissimus semivit, & Guano fidem, & spem Riccio fefellit. Sibi dona imprimis Regi destinata exponi voluit, quibus etiam spectandis ex Guani comitatu multi adfuerunt, Riccius eorum rationem, vt potè inuisorum, editurus, reuerenter accedens ad Eunuchum; quocumque id tandem instinctu, salutaris est ab eo de genibus demissæque proclini, & significante optatum aduenisse. Inspecta vt expetierat munera, laudata cum stupore seorsum singula; & pro miraculis habita. In iis erat horaria machina, eleganti artificio fabrefacta quam acceperat à Præposito Aquauina, triangulum ex vitro geminum; orbis quam diximus vniuersi docta & eximia tabula; tudiculare organum musicum, figuræ nouitate, & suauitate varia concinentium fidiam, Sinis mirabile; imago illa Saluatoris Nanchinensī Proregi tantoperè honorata; Deiparæ altera, sed quæ refectione improvida solutis asseribus quibus erat impressa, fore ad sumptuosè